



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 234. Quid agendum sit, si dubitetur, an hoc, quod dixisti, sit oblivioni datum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

1254 §. 3. Etiam debetur compensatio damno-
rum, si inhonoratus ideo est aliqua passus, uti si
ideo depositus est ab officio, & hoc satis colligi-
tur ex dictis de restitutione.

1255 Q. 234. Quid agendum sit, si dubitetur, an hoc,
quod dixisti, sit oblivioni datum. R. Caj. dicit absolu-
tè revocandum esse, nisi constet oblivioni da-
tum esse; consentit Dicast. n. 196., si personæ,
apud quas revocat, sint credituræ fuisse falsum:
E contra si fuerit verum, Nav. & Less. dicunt non
facile renovandam memoriam, nisi evidens sit
periculum, ne datâ occasione memoria redeat:
Mol. dicit, si parva sit probabilitas, quòd adhuc
sit recordatio, & è contra notabilis infamia ca-
deret in retractantem, non esse obligationem re-
tractandi: Lugo n. 35. dat hanc regulam, nempe
ut hoc fiat, quod consideratis circumstantiis pu-
tatur velle passus injuriam; ut autem hoc dijudi-
cari possit, debet detractor ipse considerare,
quid sibi fieri vellet in ejusmodi circumstantiis:
addit tamen rectè n. 36. cum Mol., adhuc debe-
ri aliquid infamato, v. g. laudem aut honorem,
secundùm antè dicta, in compensationem illius
periculi, ne fortè infamia necdum sit oblivioni
data.

1256 Q. 235. An obligatio restituendi pro fama vel ho-
nore transeat ad heredes detractoris. R. Non tran-
sire, attamen transit obligatio reparandi damna
fortunarum inde secuta. Pars 1. est Less. Lugo d. 15.
n. 8. Dicast. de Restit. d. 12. n. 280. & aliorum com-
munis contra Adr. Nav. Mol. Rebel. & alios. Ra-
tio est, quia hæc obligatio est personalis, & ex
communi sensu hominum hæres succedit de-
functo tantùm quoad jura & debita fortuna-
rum,